



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Confessionale, || In Qvo || Vniversa || Materia De ||  
Confessione Pec-||catorvm Apvd Catholicos || vsitata per  
Quæstiones explicatur**

**Eisengrein, Martin**

**Ingolstadii, 1577**

**VD16 E 795**

XVIII. Quaenam publica Confessio fiat voluntariè Sacerdoti.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30362**

## Caput II. De Definitione

Christo facta est remittendorū, & retinendorum peccatorū potestas, in vsu veteris Ecclesiae multiplex fuit. Vna publica, altera secreta: Rursū publica duplex, quaedam coacta quaedam verò voluntaria.

*Questio* Quenam publica Confessio fit voluntariè Sacerdoti?  
XVIII.

*Respsio.* **V**T huius questionis explicatio dilucidior fiat, in primis nosse oportet, veterem Ecclesiam admodum seueram fuisse in criminibus publicis vindicandis: tum, ne Ecclesia ob quosdā manifestarios delinquentes, malè audiret inter gentes, quemadmodū in Epistola ad Romanos scribitur: Nomē DEI per vos blasphematur inter gentes: tum, ne contagio totum gregē inficeret, neue res pessimi exempli infirmioribus offendiculo foret, quod Christus vt diligentissimè caueretur iussit. Deniq; vt alij admoniti, cauerent, ne laberentur, vtq; animus ipsorū, qui ad Ecclesiam redibāt, exploraretur; an scilicet seridè resipiscerēt.

1. Cor. 5.  
Matth. 5.  
Rom. 2.  
1. Tim. 5.  
2. Cor. 2.  
& 7.

Olim ergo his, qui in criminibus publicis essent deprehensi, publicè erat confitendum, hoc est, crimen erat apud Pastore & Ecclesiam agnoscendū, & petenda ab Episcopis seu Pastoribus publicæ Pœnitentiæ concessio.

Hæc Cōfessio cū fiebat voluntariè nimirum criminosis seipso apud Ecclesiae Præsides, sponte prodeuntibus, deferentibus ac publicantibus longè gratior erat, & venia dignior, quàm coacta. Ad

Ad eum modum voluntariè confessà est *Luc. 11.*  
 mulier illa Euangelica, publica in ciuitate  
 peccatrix, quæ super conuiuantes ingressa  
 est, nõ iussa venit, inter epulas lachrymas ob-  
 tulit; ac Christi pedibus aduoluta, pedes eius  
 lachrymis lotos, capillis terfit, imitabile pœ-  
 nitentibus exemplum præbens, vt sua spon-  
 re ad DEI misericordiam per Pœnitentiæ  
 semitam accedant.

Ad hanc voluntariam publicorum cri-  
 minum Confessionem, sancti Patres popu-  
 lum non indiligenter hortabantur, & inci-  
 tabant.

*Quenam publica Confessio fit coactè  
 Sacerdoti?*

*Quæstio  
 XIX.*

*Respõsio.*  
**C**um is fit humanæ vanitatis præposterus  
 pudor, vt quæ publicè patrare crimina  
 non pudeat, pnblicè tamen agnoscere, & cõ-  
 fiteri pudeat: visum est Ecclesiæ veteri, pu-  
 blicè peccantes, & tamen crimen suum con-  
 fiteri nolentes, ad publicã Exhomologesin  
 compellere, idque non vno remedio.

Nam si crimen tam fuisset vulgatũ, quodd  
 totam Ecclesiam, seu ciuitatem commouif-  
 set, Episcopus, seu Pastor Ecclesiæ, peccantẽ  
 coram omnibus arguebat; quemadmodum  
 Paulus Timotheo præcipit, dicens: Peccan- *1. Tim. 5.*  
 tes, corã omnibus, argue, vt & ceteri timorẽ  
 habeant; correptum verò, & confiteri seu

D 7 agno-